

Utrum adoratio latriae sit exhibenda imagini Christi.

1. Ad tertium sic proceditur. Videtur quod imago Christi non sit adoranda adoratione latriae. Dicitur enim Exod. XX, *non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem*. Sed nulla adoratio est facienda contra Dei praeceptum. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriae.

2. Praeterea, operibus gentilium non debemus communicare, ut apostolus dicit, Ephes. V. Sed gentiles de hoc praecipue inculpanitur, quia *commutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis*, ut dicitur Rom. I. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriae.

3. Praeterea, Christo debetur adoratio latriae ratione divinitatis, non ratione humanitatis. Sed imagini divinitatis eius, quae animae rationali est impressa, non debetur adoratio latriae. Ergo multo minus imagini corporali, quae repraesentat humanitatem ipsius Christi.

4. Praeterea, nihil videtur in cultu divino faciendum nisi quod est a Deo institutum, unde et apostolus, I Cor. XI, traditurus doctrinam de sacrificio Ecclesiae, dicit, *ego accepi a domino quod et tradidi vobis*. Sed nulla traditio in Scriptura invenitur de adorandis imaginibus. Ergo imago Christi non est adoratione latriae adoranda.

Sed contra est quod Damascenus inducit Basilium dicentem, *imaginis honor ad prototypum pervenit, idest exemplar*. Sed ipsum exemplar, scilicet Christus, est adorandus adoratione latriae. Ergo et eius imago.

Respondeo dicendum quod, sicut philosophus dicit, in libro de Mem. et Remin., duplex est motus animae in imaginem, unus quidem in imaginem ipsam secundum quod est res quaedam; alio modo, in imaginem in quantum est imago alterius. Et inter hos motus est haec differentia, quia primus motus, quo quis movetur in imaginem prout est res quaedam, est alius a motu qui est in rem, secundus autem motus, qui est in imaginem in quantum est imago,

6 Ex 20,4 | 9–10 Eph 5,11 | 11–12 Rm 1,23 | 22–23 I Cor 11,23 | 27 Ioan. Dam., *De fide orthodoxa*, IV,16 (PG 94, 1169); *versio Burgundii*, c. 89, n. 1 (Saint John Damascene, *De fide orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus*, kiad. Buytaert, Eligius M., St. Bonaventure, N.Y. 1955, 331.); cf. Bas. Magn. *De Spiritu S.*, 18 (PG 32, 149) | 30–34 cf. Aristoteles, *Mem. et Remin.*, I, 450b

A latria imádata nyújtandó-e Krisztus képének?

1. A harmadikhoz lépünk tovább. Látnivaló, hogy Krisztus képe nem imádandó a latria imádatával. Az mondatik ugyanis Kiv. 20-ban: *ne csinálj magadnak faragott képet, sem semmilyen hasonmást*. Márpedig semmilyen imádat nem nyújtandó Isten parancsolatának ellenében. Tehát Krisztus képe nem imádandó a latria imádatával.

2. Továbbá, a pogányok műveivel nem kell közösködnünk, ahogy az Apostol mondja Ef. 5-ben. De a pogányokat ezzel különösképpen vádolják, mert *a múlhatatlan Isten dicsőségét felcserélték a mulandó ember képével*, ahogy Róm. 1-ben mondatik. Tehát Krisztus képe nem imádandó a latria imádatával.

3. Továbbá, Krisztusnak a latria imádata az isteni természet okán jár, nem az emberi természet okán. De az isteni természete képének, amely a racionális lélekbe van beletyomva, nem tartozunk a latria imádatával. Tehát sokkal kevésbé [tartozunk latriával] a testi képnek, amely Krisztus emberi természetét ábrázolja.

4. Továbbá látnivaló, hogy az istentiszteletben semmi nem teendő, amit nem Isten rendelt el, ezért mondja az Apostol is 1Kor. 11-ben, közölvén az Egyháznak az áldozatról szóló tanítását: *én az Úrtól kaptam, amit veletek is közlök*. De az írásban nem találhatik semmilyen közlés a képek imádatáról. Tehát Krisztus képe nem imádandó a latria imádatával.

De ez ellen van, amivel a Damaszkuszi Vazult hozza fel, mondván: *a képnek nyújtott tisztelet a prototypusig, azaz a mintáig jut el*. De maga a minta, tudniillik Krisztus a latria imádatával imádandó. Tehát az ő képe is.

A válaszhoz azt kell mondani, hogy, miként a Filozófus mondja az Emlékezetről és Visszaemlékezésről szóló könyvben, kettős a lélek mozgása a képbe, az egyik pedig magába a képbe [vezet] aszerint, hogy az valamilyen dolog; a másik módon a képbe [vezet], amennyiben az másnak a képe. És ezen mozgások között ez a különbség van, mert az első mozgás, amellyel valaki aszerint mozgattatik a képbe, hogy az valamilyen dolog, más mint a mozgás, amely a dologba tart, a második mozgás pedig, amely annyiban tart a képbe, amennyiben az kép, egy és azonos azzal, amely a dologba tart. Így tehát azt kell mondani, hogy Krisztus képének, amennyiben az valamilyen dolog,

5

10

15

20

25

30

35

40

est unus et idem cum illo qui est in rem. Sic igitur dicendum est quod imagini Christi in quantum est res quaedam, puta lignum sculptum vel pictum, nulla reverentia exhibetur, quia reverentia debetur non nisi rationali naturae. Relinquitur ergo quod exhibeatur ei reverentia solum in quantum est imago. Et sic sequitur quod eadem reverentia exhibeatur imagini Christi et ipsi Christo. Cum igitur Christus adoretur adoratione latriae, consequens est quod eius imago sit adoratione latriae adoranda.

Ad primum ergo dicendum quod non prohibetur illo praecepto facere quamcumque sculpturam vel similitudinem, sed facere ad adorandum, unde subdit *non adorabis ea neque coles*. Et quia, sicut dictum est, idem est motus in imaginem et in rem, eo modo prohibetur adoratio quo prohibetur adoratio rei cuius est imago. Unde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginum quas gentiles faciebant in venerationem deorum suorum, idest Daemonum, ideoque praemittitur, *non habebis deos alienos coram me*. Ipsi autem Deo vero, cum sit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni, quia, ut Damascenus dicit, *insipientiae summae est et impietatis figurare quod est divinum*. Sed quia in novo testamento Deus factus est homo, potest in sua imagine corporali adorari.

Ad secundum dicendum quod apostolus prohibet communicare operibus infructuosis gentilium, communicare autem eorum utilibus operibus apostolus non prohibet. Adoratio autem imaginum est inter infructuosa opera computanda quantum ad duo. Primo quidem, quantum ad hoc quod quidam eorum adorabant ipsas imagines ut res quasdam, credentes in eis aliquid numinis esse, propter responsa quae Daemones in eis dabant, et alios mirabiles huiusmodi effectus. Secundo, propter res quarum erant imagines, statuebant enim imagines aliquibus creaturis, quas in eis veneratione latriae venerabantur. Nos autem adoramus adoratione latriae imaginem Christi, qui est verus Deus, non propter ipsam imaginem, sed propter rem cuius imago est, ut dictum est.

Ad tertium dicendum quod creaturae rationali debetur reverentia propter seipsam. Et ideo, si creaturae rationali, in qua est imago, exhiberetur adoratio latriae posset esse erroris occasio, ut scilicet motus adorantis in homine sisteret in quantum est res quaedam, et non ferretur in Deum, cuius est imago. Quod non potest contingere de imagine sculpta vel picta in materia insensibili.

Ad quartum dicendum quod apostoli, familiari instin-

45 például faragott vagy festett fa, semmi tiszteletadás nem nyújtatik, mert a tiszteletadás csak a racionális természetnek jár. Az marad tehát, hogy csak annyiban nyújtatik neki tiszteletadás, amennyiben kép. És így következik, hogy ugyanaz a tiszteletadás nyújtatik Krisztus képének és magának Krisztusnak. Mivel tehát Krisztus a latria imádatával imádatik, ebből az következik, hogy a képe a latria imádatával legyen imádandó.

50 Az elsőhöz tehát azt kell mondani, hogy azzal a parancsolattal nem bármilyen szobor vagy hasonmás készítése, hanem az imádatra való készítése tiltatik meg, ezért mondatik úgy is: *ne imádd és ne tiszteld azokat*. És mivel, ahogy mondtuk, azonos a mozgás a képbe és a dologba, azon módon tiltatik meg az imádat, amelyen annak a dolognak az imádata tiltatik meg, akié a kép. Ezért így értendő azoknak a képeknek a megtiltása, amelyeket a pogányok csináltak az ő isteneik, azaz a démonok tisztelőtére, és ezért bocsáttatik előre, hogy *ne legyenek idegen isteneid rajtam kívül*. Magának az igaz Istennek pedig, mivel testetlen, nem lehet testi képet állítani, merthogy, miként a Damaszkuszi mondja, *a legfőbb oktalanság és istentelenség ábrázolni azt, ami isteni*. De mivel az Újszövetségben Isten emberré lett, lehet az ő testi képében imádni.

70 A másodikhoz azt kell mondani, hogy az Apostol a pogányok természetlen műveivel való közösködést tiltja meg, az ő hasznos műveikkel való közösködést viszont az Apostol nem tiltja meg. A képek imádata pedig kétféleképpen számítandó a természetlen művek közé. Először annyiban, hogy egyesek közülük magukat a képeket imádták, mint valamilyen dolgot, azt hívnék, hogy valami istenség van bennük, a démonok által bennük adott válaszok és más efféle csodálatos hatások alapján. Másodszor a dolog alapján, amelyé a kép volt, ugyanis valamely teremtményeknek állítottak képeket, amelyekben ezeket a latria tiszteletével tisztelték. Mi azonban a latria imádatával Krisztus képét imádjuk, aki az igaz Isten, és nem maga a kép miatt, hanem a dolog miatt, amelyé a kép, ahogy mondtuk.

85 A harmadikhoz azt kell mondani, hogy a racionális teremtménynek önmaga miatt jár a tiszteletadás. És ezért ha a racionális teremtménynek, amelyben megvan a kép, a latria imádata nyújtatik, ez alkalom lehet a tévelygésre, hogy tudniillik az imádó mozgása megálljon az emberben, amennyiben az valamilyen dolog, és ne vitessen Istenbe, akié a kép. Ami nem történhet meg az érzéketlen anyagban faragott vagy festett képpel.

90 A negyedikhez azt kell mondani, hogy az apostolok a Szentlélek bizalmas ösztönzésétől [vezetettve] bizonyos megtartandó dolgokat közöltek az egyházakkal, amelyek

ctu spiritus sancti, quaedam Ecclesiis tradiderunt servanda quae non reliquerunt in scriptis, sed in observatione Ecclesiae per successionem fidelium sunt ordinata. Unde ipse dicit, II Thess. II, *state, et tenete traditiones quas didicistis, sive per sermonem, scilicet ab ore prolatum, sive per epistolam, scilicet scripto transmissam. Et inter huiusmodi traditiones est imaginum Christi adoratio. Unde et beatus Lucas dicitur depinxisse imaginem Christi, quae Romae habetur.*

95 nem az írásokban maradtak fenn, hanem az Egyház felügyelete alatt, a hívők közti öröklés által vannak elrendelve. Ezért mondja [az Apostol] 2Tessz. 2-ben: *legyetek állhatatosak, és tartsátok meg a hagyományokat, amelyeket tanultatok, vagy beszédből, tudniillik szájjal tartottból, vagy levélből, tudniillik írásban elküldöttből.* És az efféle hagyományok között van Krisztus képeinek imádata. Ezért mondják a boldog Lukácsról is, hogy lefestette Krisztus képét, amely Rómában van.